

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

Semper praesto ess infortunia. Emblema CXXX.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

Semper praesto esse infortunia.
EMBLEMA CXXX.



I VDEBANT parili tres olim atate puella
Sortibus, ad Stygias quae prior iret aquas.
At cui iactato malè cesserat alea talo,
Ridebat sortis caca puella suae:
Cum subito icta caput labente est mortua tecto,
Solvit & audacis debita fata ioci.
Rebus in aduersis mala fors non fallitur: astra in
Faustis, nec precibus, nec locus est manui.

COMMENTARI I.

- I. **T**RES puellae talis sortiuntur, in quarum unius caput tegula è tecto delapsa incidit, vnde illa moribunda corruit, reliquis stupore & timore attonitis.
- II. **A**POLOGVM hunc in 1. Epigrammaton Graecorum habes, titulo *εις δυστυχίας*, incerti auctoris. Puellae tres, eiusdem ferè ætatis, conuenerunt, lusu seu forte talorum certantes, & temerariè tentantes (vt sunt petulantes & audaculæ) quamnam prior fato esset cœcelsura. Cum verò in vnâ sinistra & tristis illa cecidisset fors eam,

eam nimirum cæteras morte debere ante-
ire, ridens illa, nihilq; hæc faciens, tanquã
vana ac friuola neglexit. Sed præter opi-
nionem tegula quãdam desuper ex tecto
cadens, caput eius percussit, sicq; risui & vi-
te finem dedit. Hoc modo misera temera-
rij & stulti ioci seriò pœnas dedit, merito-
que debita fata sibi sic accersita perfoluit.
Nam in rebus aduersis iniuqua fors vix in-
quam fallitur; in prosperis verò nec præ-
cisibus, nec fortitudini locus est. Græcum
epigramma eiusmodi est:

αἰ τρισσαὶ ποτε παῖδες ἰν ἀλλήλησιν
ἔπαιζον

κλήρω, τίς ποτὲρην βήσεται εἰς αἶδην.
καὶ τίς μὲν χειρὶ ἂν ἔβαλον κύβον ἤλαθε

δι τασίων
ἰς μίαν ἢ δ' ἰγίλα κλήρον ὀφειλόμενον.
ἐκ τρυγῆος δ' ἄρ' ἀέληθον ἀπωλίθησε πύ-
σημα.

δύσμορος εἰς αἶδην δ' ἤλυθεν, ὡς ἔλα-
χεν.

ἀλευδὴς ὁ κλήρος, ὅτῳ κακὸν ἰς δι τὸ
λῶον

ὅτ' ἴουχα θνητοῖς ἔυσοχοί, ὅτε χίρες.

Tres quondam puellæ vna ludebant
Sorte, quæ prima itura esset ad inferos.

Et tres quidem è manibus emiserunt talū:
venit autem ex omnibus

Ad vnam: ridebat autem sortem debitā.
E tecto verò inopinatus lubrico lapsu ruit
casus.

Infortunata in Orcum descēdit, vt erat
sortita.

Non fallax [est] fors cui malū [imminet:]
ad bonum autem

Neq; preces mortalibus [sunt] petite
iaculandi, neq; manus.

Tres quodam simul vt lussissent sorte puellæ,
Qua prima infernos esset itura lacus:

Tre: q; emississent talum; cecidisset at vni
E tribus, hac sortem risit inepta suam.

Tum de tecto inopinatus ruit impete casus,
Ex sorte infernas lapsa repente domos.

Sors minimè est fallax, impendent cui ma-
la, sed cui

Spes lona, vix tenet hanc vel prece, vel
pretio.

Ferè simile habetur in quodam Lucieni
dialogo π.ο. tuorum, vbi introducit u-
uenis, qui cuiusdam senis hereditatem ca-
ptabat, multa propterea iactabundus temere
dilapidans, sperans subitam decrepiti
mortem. Accidit autem vt ipsemet tegula

Ex Lucie-
no ferè si-
mile,

tecti tactus atq; interemptus fuerit. Cui
deniq; apud Charontem multum conque-
renti responsum, Quare stultus alienæ hæ-
reditati insidiatus fuisset, ignorans fortunę
incertos & ludicros euentus?

LVDEBANT] animum lusu resciebat.
Parvili astate] ἡλικιωτάτω, κοχτανεα, ἔqua-
les ætate.

Sortibus] cubis, tessellis. Cicero in Divi-
nat. Quid est enim fors: idem propemodū
quod micare, quod talos iacere, quod tesse-
ras. Triplex genus ludi esse deprehēdimus.

Vnum, quod sola fors regit, vt est lusus ta-
lorum, tesserarum, chartarum &c. Alterū, plex,

quo arte magis quam sorte res agitur, vt
est lusus latruncolorum, ludi equestres, pi-
la, &c. Tertium ex his mixtum, vt est in al-
ueo lusorio, vbi et si iactus talorum ex sorte
pèdeat, tamen calculos arte disponimus.

Ad Stygias aquas] quæ prior fatis con-
cessura esset: ar mors est incertior quam sic
cubi iactus. Styx in inferorum fluvius, ἀπό

τῆς συγγῆς dictus, per quem veteres puta-
bant animas transire post mortem. Lactan-
lib. 1. c. 11. Hanc phrasin mutatus est ex
Martiale: Nam in primo sic 79. epigr.

Decreuit Stygios Festus adire lacus.

Idem 102.

Nec prius ad Stygias famulus descenderat
umbra.

& dein:

Dixit ad infernas liber iturus aquas.

Mox 105.

Et Stygias aquam fuerat patrem isse sub
umbra.

Libro etiam 4. 73.

Etiã per Stygias esset iturus aquas.

Deniq; vndecimo lib. 85.

Qui nondam Stygias descendere querit ad
vndas.

At cui iactato] cui sorte obtigerat mor-
tis prælagium, quæ iacta tessera se prius
morituram viderat.

Alea talo] De ludo talorum & tessera-
rum diximus in præfatione huius operis.

De tesserarū ludo seditiones, inimicitii s.
& imminencia pericula præfagiente disse-
r et Artemidorus, in somn. interpre. lib. 5. c.

1. Cæterū Socrates aleæ ludo humanam
vitam comparabat; πεπείρα τινὶ τοικεῖν ὁ

κλος, καὶ δεῖ ὡσπερ ψῆρον τινὰ τίθεισθαι

τὸ συμβαίνον· ἢ γὰρ ἰσὶν ἀταθῆν βαλεῖν, hominis
ἢ δὲ θίθει τὴν ψῆρον Alea ludo similis est
vita, & quicquid evenit, veluti quandam
tesseram

III.

Ludus

plex

Styx

Medit
lecte r
maxim
formas
tal.

IV

Mita
niam
tam
vitat

tesferam depomere oportet . Non enim deus
i accre licet, uocq; tesferam aliter pomere . Cui
& conuenit illud Terentij in Adelphis :

Sic in uita est hominum , quasi cum ludas
tesferas :

Si illud , quod est maxime opus , inuicem non
candit .

Illud quod occidit sorte , id arte ut corrigas .
Ridebat] uegligebat, contemnebat, quia
putabat esse ludicru ex iactu motis omne .

Sortis caca] ignata exitij futuri , quod
impendebat .

Cum subito &c.] cum statim est illapfa
in eius caput regula, uel tecti ruina . Dicit
autem tecto , totum pro parte , *συνηδ-
χικως* .

luis & audacis debita fama iori] re-
cipia est expeita, non esse rutum in ea diui-
natione ludum . Ergo satius etiam omnia
tuta timere, quia mortis pnceps est & in-
opinatum uadimonium .

Rebus in aduersis] aduersa fortuna ul-
tro nobis obtingit, uelro se offert, in ex-
pectata uenit. Prudens quisq; omnia, que sit i
spera ia sunt, non in meliora, sed in peiora
constituat: ut si quid praeter spem accidat,
id tanquam lucrum reputet, ut monet Com-
micus. Ouidius 4. de Ponto:

Tu quoq; fac timeas ; & que tibi lata vi-
dentur ,

Dum loqueris , fieri tristia posse puta .

Asi in Fanstis] sed fors felix & prospera
nec prece nec precio coparatus, etia expe-
ctata & uocata nos fugit . Huc forte no in
commodè transferes illud Demosthen .

σπεδύων ισὶν ἀνθρώπων , ἔταν βελτίστη
τῆ παρῆσιν τῶν καλῶνται, τὸ τε πλεόντων
σπεδῶν πρὸς τὸ σωφρογέιν ἔχον . ἔδιν γὰρ
ἔτε φυλαττομένοις ἔτω δένον ὡς ἀφύλα-
κτον εἶναι , ἔτε ὀλιγοῦσιν ἀπροσδέκη-
τον παθεῖν . id est: Proborsum hominum of-
ficiu est , cum fortuna utuntur maxime
prospera , iam summū habere modestia stu-
dium . Neq; enim quicquam tam formida-
bile, qui uigilanti praecaueri, neq; ullum
malum est , quin ostantibus euenire possit .

MONEMVR, cum non sapere, qui
fortunæ lux ita fidit , ut cum ea se tutò
posse lustrare putet . Casus enim aduersi
semper uelro cadunt, prospera neque sunt
in nostra manu, & cum ea nobis interdum
obtingunt, sisti ad nostrum arbitrium non
posunt. Crabones igitur non sunt irritan-
di; & secundum illud Pythagoricum sym-

bolum, Ignis gladio non fodiendus, hoc est,
per se mala non prouocanda, nec tumcas
indignatio commouenda: plerumq; enim
facilius de fumo ad flammam, quam è con-
tra docemini uidemus, quod significat adā-
gium, Mala uel innocata ueniunt: illud-
que apud Græcos uulgatum, *ἡ Ζημίσις
τὰ γὰρ μὴ μὸλις παρρηγίεται, τὰ δὲ κακὰ
καὶ μὴ δὲ Ζημίσις* hoc est, Mala uel etiā
non quarentibus obtingunt, bona uix acce-
dunt etiam quarentibus. Idem respondit
Diogenes rogatur, quid de hominum for-
te sentiret: Misera & infortuna am homi-
num cōditione esse, dixit, cum bona qua-
rentibus uix obtingant, cadant autem in-
fortuna, non tantum non quæfita, sed præ-
ter omnem expectationem. Plautus Mo-
stellaria:

--- tuum hoc scio, nimio colorius
Venire quod molestum est, quam id quod
cupido petas .

Accedat adagiū illud, *Multa in e os & of-
fam &c. Multa inter calicem, supremaq; la-
bra, ex uetere quodam.* Notant scholiasta
ad §. illud. Insit. de rer. diuis. Q. Curtius
lib. 8. Contra obsequia fortunæ non satis
cauta mortalitas est. Et illud ueteris mimi:
*Nulla est adeo bona fortuna, de qua non pos-
si queri. &*

Nescis quid optes aut fugias, ita ludit dies.
Facit huc Virgil animum i lud ad finem 1.
Georg. ex quadam Varronis Saryra :

Nescis quid uesper serus uehat, unde se-
renas

Ventus agat nubes . ---

Idem confirmat Ouid. 4. de Ponto, Eleg. 2.

Omnia sunt hominum tenui pendens filo

Et subito casu qua ualugre ruit .

Idem Elegia 3.

Ludit in humanis diuina potentia rebus ,

Et certam praesens uix habet hora fidem .

Nec solum mala in proclui sunt, sed etiā
pettinaciter & assiduo affligunt, id quod
apologus, de asini pelle docet. Etenim,
cum alius oneribus & uerbis affli-
ctus exclamasset: Ausfer me mors, & eripe
me his miserijs. Illa se inuocarem exau-
dij, & praesto fuit. Moritur asinus, ac pel-
lis ipsius in tympana intenditur, & exanimis
etiam tunditur. Hæc etsi ita sese habeant,
tamē passim uitijs nostris accersimus bel-
la, lites, morbos, & mille infortuna, quasi
sponte sua parum adsit malorum. Sed cet-
lo, ne Ate mihi indignetur ,

Apologus
de asini
pelle .

Reme-

Medestia
deceat uel
maxime
fortuna-
tos .

IV.

Mala ue-
niant e-
riam non
uocata .